

Dsl zu Pore Za 65 35 d 40

aber teilw. anderer Drucker

EPISTOLA
IN FVNERE
PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTIS-
SIMI VIRI
D N. CAROLI
DE **DIESKAV**
DOMINI IN DIESKAV ET LOCHAV
CETERA
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO BO-
RVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIORIBVS
ET REGIMINIS
QUOD EST
IN DVCATV MAGDEBURGICO
ITEMQUE
RERVM AD POLITIAM TOTIVS PROVINCIAE PERTINENTIVM
DISPENSATORIS SAPIENTISSIMI
AD
MAGNI PATRIS FILIVM
CAROLVM de DIESKAV
MAGDEBURGICAE PROVINCIAE CONSILARIUM
MVLTIS NOMINIBVS EMINENTEM
NONIS DECEMBERIS CID ID CCXXI. SCRIPTA
IN QVA
INSIGNIA IN REMPVBLICAM ET ACADEMIAM MERITA
DEBITIS LAUDIBVS
GRATO EX PECTORE PROFECTIS
CONDECORANT
PRORECTOR
ET
PROFESSORES FRIDERICIANAE.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS VIDVÆ SALFELDIANÆ.

VIR ILLVSTRIS
ATQVE
GENEROSSISSIME.

Vix statuere apud nos possumus, maiorem ne nobis molestiam, an
vnuerſa Reipublice adulterit luſtum trifitis de PATRIS Tui nunc
cius excessu. Adeo ILLE prudentia floruit, tantaue humanitate
eminuit, ut nobiles, literati, ciues bonique omnes earum, qui
bus ornatus fuit, virtutum nequeant obliuisci. Quare officio
noſtro conuenit, vt, dum ſolemni funere effertur Patriæ ac totius
Prouinciarum columnam inſigne, non tam vltimum vite momentum,
quam vitam ante actam cogitantes præteritorum gestorum memoriam ad posteri-
tatem quodammodo propagemus. Ad vnum enim omnes conſentunt, raro ad-
modum vſu venire, vt munere ſuo probe ac iuſte fungantur homines primarii ac
nobiles illarumque claritatis poſtſionem digne retineant. Multi certe a disciplina,
virtute, litteris abhorrent, nec iuſtitia aque aquitatis pulcritudinem feſtantur;
ſed famosis imaginibus contenti ad maiorem honoris & gloriæ amplificationem
animum vix atendunt. Quæ omnia cum in DIES KAVIO alter euenerint, con-
ſequitur certe, vt is vere magnus ſit dicendus, qui, præter majorum inſignia, in
ſtudio virtutis & dignitatis inter omnes ipfmet excelluit. Et si namque vnuerſis
ad laudem curſus eft apertus, nec quisquam inueniatur, qui a conſtituti virtuti
præmiis repellatur; non eft tamen diſſitendum, multo eum clariore videri, qui
illultra genere fulceptus majorum ſuorum tramtii inſiftit, & nobilitatem a paren-
tibus ſuis traditam tuerit, quam qui infimo loco natuſ ad altiora contendit. Quæ
adſertio nihil reprehensionis habitura eft apud eos, qui virtutem vnuerſam gen-
tem amplectentem maiorem fundere ſplendorē cogitabunt, quam quaſe reſide in
uno cumque primo altero iterum euaneſcit. Reflat igitū, vt quibus artibus
ſtemmatiſ ſui decora continuauerit PATER tuus, breuiter dicamus. Et non mi-
rabuntur, qui litterarum ſolidam vim intelligunt, ſi harum præſidio a prima eum
iuuenta surrexiſſe indicemus. Quid enim horum civili aptius ac rerum cognitio-
ne eft conuenientius? Rerum mentionem iniiciimus, ne tam ad pompa ac
ſpeciem, quam utilitatem liberales eum veriſile disciplinas aliquis exigitneret. Po-
tius cognoscimus, nullam vnuquam familiarum generis ampliflissimi nomen eſſe inde-
piam, quod in ea extinerint permulti operam in geometriam, physicam, vel
muſicam conferentes: quin certum magis, eos maxime ſplendidis titulis inſignes
euafifit, qui ſe totos ad hominum coetus colendos & conſeruandos dedere, vt in
domesticis iuſtitia ſtudio efforeſcent, in externis & rebus bellicis fortitudine
eximii efficerentur, ac iuriſ ciuilis scientia & reliquis eiusmodi, quæ ad ciuilem
disciplinam pertinent, cum incremento eniterent. Quare palam eft, PATREM
tuum non otioſis quæſitionibus reſoluendis deditum, ac ſcholasticis diſceptationibus
fuiffe

fuisse distentum; sed ea in primis e Musarum opibus selegisse, quæ ad vsum regen-
dæ patriæ applicarentur, atque incorruptum interea & intactum animi florem
feruarent. Quæ de re non nos solum, sed vniuersa prouincia, sed BRANDEN-
BURGICA domus, ac Borussiæ REGES, sed tota nobilitas, sed aulici, sed ciues
omnes egregie testantur. Atque hic vero ille cultus elegantissimus est, quo
DIESCAVORVM maiores fui admirationem excitarunt. Non est ab hoc loco
alienum, sed potius memoratu dignum, binos ex hac nobilissima gente eosque
PRIMOS SAXONIE Electorum & Brandenburgorum status administratos, amicos
& magnorum operum adiutores extitisse; cum aliquoquin tenuioribus in Principum
Teutonicorum aulis titulus tererentur, & simplicitate gentili & ob territoriorum
angustiores limites primariis munieribus vix obseruanda hodie elogia prætexerentur.
Quæ res vtique documentum est, DIESCAVIIS iis semper moribus ac scientiis
fuisse prædictos, quibus consilia ac rerumpublicarum emolumenta promouentur:
digni iudicati propterea, qui sapientiæ sua studiis summaribus Germania poten-
tioribus adiusterent, eorumque res ac negotia sermone, literis, armis ac calamo
defenderent. Ac nemini vero obscurum est, idem fecisse PARENTEM CARO-
LVM non fine laudis encomio nominandum. Postquam enim is ludorum lite-
rariorium studia est emensus, & in Academiis vitam ingenuo homine dignam egit,
& in iis sece artibus exercuit, quæ animalium solidis & pragmaticis cogitationibus
imbuunt, ad alias regiones scientia probe munitus pedem mouit, non ut techorum
subfructibus & ruderibus delectaretur, aut peregrini via indueret, sed pru-
dentiae documenta diceret, preparatimq[ue] disciplinis animum variis obseruatio-
nibus impleret. Literæ enim cordi illi ac studia, & variarum gentium præclara
instituta, ac ciuum sub vnum vndique imperium confluentum salus ac felicitas.
Arque hisce ILLE alis ad patrios focos relatus ita vitam instituit suam, vt illico
Serenissimo ELECTORI Brandenburgico innotesceret, &, post exiguum tem-
poris interallium, tali in loco constitueretur, quo, quæ toti populo Magdeburgico
efflent salutaria, sapienter dno sceret, ac ius diceret, ac tributa ad possessionum
& fortunarum modum vniuersorum atque singulorum in prouincia ciuum dispen-
sare. Quo in munere ea ratione versatus est, vt vigilanti, agenti, admimenti
proplice omnia cederent, ac perua quæque & proculia diligentia sua cernerent.
Quid enim difficultatis offendere summa iuriis publici ac ciuili & patrii scientia in-
structus i maxime cum historia in publica vita cautum, inque priuata contentum
ficerit, docueritque, ciuis vt parere debet, vt imperare Magistratus, vtque
populorum consortia sub æquabilis vnius legis auctoritate efflent componenda.
Vnde haud mirum, eum pro bibliotheca & tabulario epu[u]ya, pro defensore prouin-
ciae, pro patrono publica rei, pro facerdoti iuris & æquitatis a cunctis fuisse
habitum. Id scimus, multas eiusdem spes secundo euenuit esse coronatas, quæ
arduae visa segnibus sunt. Adeo ille occasiōni iniucere manum sciebat; nihil in-
terea alienum, quodque nec profuturum esset anhelans, ac sera pœnitentia casti-
gandum. Qua in re summa sapientia exemplum ceteris dedit, qui non semper
labores suos certo emolumento donant, sed leua sape & inania magno molimine
prenfant, famam aucupantes illepidam & ad utilitatem suam, non populi, nec
Principis verum commodum omnia dirigentes. Quæ cum animaduerteret AVG-
STA DOMVS, & tanti VIRI celebritatem, solidam doctrinam acque aequitatem
multis experimentis cognosceret, factum est tandem, vt magnis eum negotiis ex-
pediendi adhiberet, eiusque consilia, rationes, argumenta haud raro suffragio
fuo comprobaret: probe gnara, litteras sapientiæ opibus suffultas imperium stabi-
lire, ac iura Principum tueri, & contra aduersariorum tela munire. Quo circa
silentio præteriti non debet, eum quoque editis pro bono Principis voluminibus
inclaruisse ac Mansfeldensem cauissam tantu in luce constituisse, vt, quod scriptis
ac defendit, non vnius anni momentaneo aplausu, sed aeterna tum Virorum
eruditorum, tum Ministrorum ac pragmaticorum hominum prædicatione sit du-
raturum. Quæ vtur magna sunt, & ad præpostos in multis ambitionem exci-
tandam apta; neutiquam tamen is tam importuni cupiditati vela laxauit, ne fauen-
ti aura

ti auræ indulxit; sed quanto præclarius egit, tanto se submissius gessit, ordinem ac modum in omni officio seruans. Hinc nulla ei cum æqualibus contentio; quandoquidem operas suas nunquam prædicauit ipsemer, sed verecundia & modestia deditus nihil suum, omnia Principis, qui eum in partem administrationum suarum elegit, esse tandem exigitimauit. Quare id demum consecutus est, ut nobilibus & ignobilibus, pauperibus & diuitibus, municipibus atque externis charus esset, arque ipsi supremo Numini acceptrus; cuius prouidentia singulare euenit, ut & coniugium ipsi, velut alteri Agricolæ, decus ac robur conciliaret. In quo qui parum presidii & emolumenti ponendum censem, sane nesciunt, multos publicis in negotiis felices domestico dedecore conflagrasse. At quam is in domum suam intulit, non solum multiplici prole eum beavit; verum etiam liberorum præstantissimorum educationem faciliorem reddidit, in rem familiarem omni studio intenta, domiseda, proba & ab omnibus mulierum illecebris quam longissime remora. Quod in causa, credimus, fuit, quare probatissimos, & virtute & opibus & nobilitate florentissimos GENEROS inuenierit; ac tametipsum denique PATER doctrina, moribus ac disciplina tam egregie poluerit, vt iisdem, quibus ILLE artibus publicæ rei consulas, nec per superbiam atque ignauiam æratem agas, sed in paterno virtutis tenore, spretis ambiguis & fallacibus, constantissime perseveres. Quod etsi ad gloriam VIRI in diuinam familiam cooptati faris foret; tamen vnum adhuc ad posteritatem memorandum nostri causâ est, nec sine praemonio dimittendum. Constat enim Academiam nostram eo tempore FRIDERICI Sapientis auspiciiis esse conditam, cum iam PATER tuus magna apud nos in prouincia atque aula auctoritate polleret, eiusque auxiliari manu nobis quoque opus esset, ne in primis annorum rudimentis tam affabre delineatum opus iterum collaboretur. Ac fatendum, impigra diligentia, ac summo furore eo ipsum incubuisse, ut omnia impedimenta breui vanescerent, salario doctoribus confituerentur, litterarum studiosis, atque egenis largiter prospiceretur, ordo ac disciplina stabilirentur, collegia omnia ac magistratus reliqui nacenti Lycea lubentes obsecundarent, & quæ ad eius gloriam ac decus facerent, liberaliter præstarent. Quod quam sit laudandum ac grato semper animo prosequendum, nemo est paulo humanior, qui non intelligat. Vnde facile est ad coniiciendum, nos nihil magis habuisse in voris, quam vt longiori vita vñtra frui potuisset talis Mufageta, tam generofus ac doctus Vir, tam illuftris ac sua virtute nobilissimus Mæcenas, rerumque nostrarum felicissimus Adiutor, ac liberalium disciplinarum quarumvis eminentissimus Promotor. Verum tamen cum aliquid placuerit bonorum omnium datori, isque GENITOREM Tuum ad præmia æterna ei definita vocauerit; & nunc ILLE nouo splendore mirabiliter ornatus inter cœlitæ vivat, & Christianæ nobilitatis insignibus cumulatus abfoluta libertate, ac vera iustitia efflorescens in diuinum confortium fit receptus, extremum nunc est, ut offibus ac cineribus eius quietem apprecessur, hocque solarium TIBI officiose commendemus: FELICEM TE ESSE, QUI TANTO PATRE SIS GENITVS, AC MVLTO FELICIOREM, QUI TANTARVM VIRTUTVM HAERES EXISTAS EX ASSE. Vale & nobis Mufisque nostris, vi fecit CAROLVS PATER, luculentissime faue. Halæ Magdeburgicæ Nonis Decembris



CID ID CC XXI,

78 M 407

ULB Halle
004 387 996


3



Sb



teses Herhogthums
iho in so weit theil,
n gegen das Königl.
vorbeÿ lassen ; wie-
s Beste des Landes
it Meanna gefüllte



EPISTOLA
IN FVNERE
PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTIS-
SIMI VIRI
D N. C A R O L I
DE D I E S K A V
DOMINI IN DIESKAV ET LOCHAV
CTERA
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO BO-
RVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMORIBVS
ET REGIMINIS
QVOD EST
IN DVCATV MAGDEBURGICO
ITEM QVE
RERVM AD POLITIAM TOTIVS PROVINCIAE PERTINENTIVM
DISPENSATORIS SAPIENTISSIMI
AD
MAGNI PATRIS FILIVM
CAROLVM DE DIESKAV
MAGDEBURGICAE PROVINCIAE CONSILARIUM
MLTIS NOMINIBVS EMINENTEM
NONIS DECEMBRIS CIO ID CCXXI, SCRIPTA
IN QVA
INSIGNIA IN REMPVBLICAM ET ACADEMIAM MERITA
DEBITIS LAVIDIBVS
GRATO EX PECTORE PROFECTIS
CONDECORANT
PRORECTOR
ET
PROFESSORES FRIDERICIANAE.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS VIDVÆ SALFELDIANÆ.